SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica Kopernikańska w Toruniu
SCHULPROGRAMME

# Einladung

zu der

den 7ten October zu haltenden

# öffentlichen Prüfung

der

ſämmtlichen Klaſſen

des

# Gymnaſiums zu Bromberg,

von

Müller,
Director.

Bromberg.
Gedruckt in der Grünauerſchen Buchdruckerei.
1839.

# Demonstratur,
## Ciceronis libris de Natura Deorum non exstremam manum accessisse.

Jam dudum in eam sententiam quum ductus essem, ut existimarem, Ciceronis libris de Natura Deorum non extremam manum accessisse, in eos nuper accuratius inquisivi atque multa vel festinationis vel erroris vestigia animadverti: multi enim in iis loci, non culpa librariorum corrupti, reperiuntur, quorum sententiae non in ordinem sunt redactae, et sibi rerumque contextui repugnant, alii, qui ampliorem sententiarum expositionem desiderant, alii, qui salva argumentorum vi in brevius contrahi possunt, alii, in quibus verborum constructio difficultate aliqua laborat. — Hoc ita esse, pluribus demonstrabo.

In L. II. c. 29. §. 73. voces: hesterno die et in L. III. c. 7. §. 18. nudius tertius inveniuntur, quibus Cicero hos dialogos in tres dies distributos esse significare videtur, quamvis e rerum contextu ejus modi distributio nuspiam appareat. Quam ob causam Ursinus primo loco (cfr. Heindorf. p. 187.) subjungit: „Credi potest, Ciceronem in animo habuisse, tribus libris trium dierum disputationem referre, mox id mutasse, relictis prioris

cogitationis vestigiis.“ His Heindorf. addit: „Non mutavit, ut equidem opinor, consilium, sed quominus, quod vellet, perficeret, morte est praepeditus; habebat autem, cum haec scriberet dictaretve, in animo, trium dierum disputationem in tres dispertiri libros singulisque libris justum praefigere prooemium, ut fecit in Tusculanis et in libris de Divinatione atque in tertio et quinto de Fin. Bonor. et Malor. Quae prooemia cum nondum elaborasset, interim continuo tenore colloquium per nimium sane trium librorum spatium extendit. Neque non attento lectori plura in his libris comparebunt vestigia, quae arguant, non esse eos postrema manu expolitos, sed, ut primum eos philosophantis senis festinatio fuderit, ita evulgatos esse et ad nostra pervenisse tempora.“

Ac primum quidem videamus, quid documenti ad illam sententiam confirmandam insit in loco L. III c. 7. §. 18. in quo leguntur verba: „quae a te nudius tertius dicta sunt,“ quae neutiquam rerum continuationi consentiunt. Nam etiamsi statuamus, in his libris tribus de Natura Deorum trium dierum dialogos respici, tamen pro: nudius tertius vel heri vel hesterno die scribendum fuit. Cotta enim Balbum, qui in secundo dialogo vel secundo die sententiam suam de diis aperuit, vult refellere. Hoc quidem sic se habet, sed voces: nudius tertius non ad secundum dialogum vel diem, sed ad primum, quo Vellejus, non Balbus disputavit, referri possunt. Huc accedit, quod nullo alio loco hos dialogos trium dierum disputationes esse, significatur, sed potius eos, quum colloquium ita continuetur, ut ne minimum quidem, nedum noctis, intercedat spatium, uno tantum die, quod Davisio placet, non pluribus habitos fuisse, concludi potest.

Quoniam igitur voces: nudius tertius h. l. alienae sunt, existimari oportet, Ciceronem quidem cogitasse, hunc esse colloquii diem tertium, et a primo die incepisse numerare, sed oblitum esse, dialogum hunc tertium antecedenti, quo Balbus de diis disseruit, oppositum esse.

Multo contra aptior est ille locus in L. II. c. 29 §. 73., qui ad primum dialogi diem referri potest, si quidem Gruterus et Heindorfius hoc de loco et altero recte judicaverunt.

Veri simile etiam est, Vellejum Epicureum, Lucilium Balbum Stoicum, Aurelium Cottam Academicum et Ciceronem, eorum auditorem, qui tempore feriarum Latinarum convenisse dicuntur, disputationem tam longam non uno die absolvisse.

In L. III. c. 7. §. 17 et 18 secundum editionem Orellianam ita legitur: „eodemque illa etiam differemus, quod (quae Hgr. cum aliis codd.) Chrysippum dicere ajebas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse homine aliquid (aliquid hom. Codd. aliq. V.) melius: quaeque (quae V. Lall.) in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, et quum (et quam Walk. susp.) totius mundi convenientiam consensumque afferebas, Zenonisque breves et acutulas conclusiones in eam partem sermonis, quem modo dixi, differemus.“ Sic in omnibus libris scriptis et editis legitur. Paucae illae voces, in quibus variant libri, vix aliquid momenti habent.

Haec verba inter se neutiquam cohaerent. Primum quaeri potest, quaenam sint, quae in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparentur? Cicero haud dubie pulchritudinem domus cum mundi pulchritudine, non ea, quae in domo pulchra sunt, comparare voluit: nam haec (res) cum pulchritudine (qualitate) non apte conferuntur. At comparemus libri secundi locos, ad quos illa referuntur. Jbi c. 5. §. 15. Cleanthes dicit: „ut si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit, quum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intelligat, qui praesit et cui pareatur; multo magis — statuat necesse est, ab aliqua mente tantos naturae motus gubernari etc. Jbid. c. 6.

§. 17. „An vero, si domum magnam pulchramque videris, non possis adduci, ut etiam si dominum non videas, muribus illam et mustelis aedificatam putes.“ Ex antecedentibus autem, quibus Chrysippus demonstravit, res coelestes omnesque eas, quarum esset ordo sempiternus, ab homine confici non posse, et esse id, quo illa conficerentur, homine melius; esse igitur profecto deum; satis intelligitur, de mundi aedificatore et praeside, non de ejus incola, fortasse otioso, esse sermonem. Quam ob rem statui posset, ante vocem: muribus praepos. *a* addendam, aut dativum more Graeco pro ablat. et praeposit. *a* positum esse. Sed verba, quibus haecce excipiuntur, illi explicationi repugnant. „Tantum vero ornatum, tantam varietatem pulchritudinemque etc. si tuum ac non deorum immortalium domicilium putes, nonne plane desipere videare.“ Paullo post Balbus dicit, mundum, a quo omnia procreata sint, esse deum, c. 8. §. 21 et 22, et infra c. 62. §. 154. totum mundum non deorum solum, sed hominum etiam causa factum esse, quaeque in eo sint, ea ad hominum fructum parata omnia et inventa esse; esse enim mundum quasi communem deorum atque hominum domum aut urbem utrorumque. Itaque ornatus, pulchritudo etc. mundi non est domicilium deorum, sed potius mundus illa pulchritudine ornatus.

Sine dubio h. l. et L. III. c. 7, 17 et 18. est sententiarum confusio, inde orta, quia ignis coelestis vel artifex (cfr. N. D. L. II. c. 22. §. 57 et 58.) Stoicorum deus, penetrat in universum mundum, eum animat, format, in eo quasi habitat, eique non solum, sed singulis etiam rebus devinitatem tribuit. (cfr. ibid. c. 14. §. 35. et Tennemanns-Geſchichte der Philoſophie B. 4. p. 50.) Stoici enim docebant, omnium rerum principia esse duo, deum sive ignem coelestem et materiam, illum facientem, hanc patientem s. patibilem (cfr. Diog. Laert. L. VII. 68 ed. Longol. ibid. §. 70.) Inde mundus simul cum natura profectus est. Sed quoniam ille ignis cum hisce miscetur et vim divinam communicat, et mundus et natura deus est. (cfr. N. D. L. I. c. 14. §. 37. c.

15. §. 39 et L. II. c. 22. §. 37.) De parvo discrimine, quod inter deum, mundum et naturam intercedit, vide Ritters Geſchichte der Philoſophie, 3 Thl. p. 580 et 581.

Quomodo porro verba (L. III.) „et quum totius mundi convenentiam consensumque afferebas — differemus" rationi grammaticae accommodari possunt? Heindorf quidem hunc locum ita sanare vult, ut subaudiat: demonstrares, addit tamen: „quidquid scripsit Cicero, quod in libris nunc omnibus scriptis et editis legitur, in eo vix manum ejus agnoscat quisquam." Aptior fortasse Walkeri emendatio est, et quam suspicantis, i. e. differemus eam convenientiam, quam afferebas, consensumque etc.

Prae ceteris autem mira est ista quaestio, quae sequitur (L. III. c. 7. §. 19.) „a te etiam atque etiam quaeram, quibus rationibus tibi persuadeas, deos esse." Balbus enim multas rationes, cur deos esse crederet, attulerat (L. II.) easque pro veris habebat. Quas si rationes Cotta non probaret, ostendere debuit, cur eas rejiceret. Sed paucas tantum breviter attigit, ceterasque silentio praeteriit. Hunc Cattae errorem Balbus etiam C. 8. §. 19. vituperat, dicens: „equidem attulisse rationes mihi videor, sed eas tu ita refellis, ut, quum me interrogaturus esse videare et ego me ad respondendum compararim, repente avertas orationem nec des respondendi locum. Itaque maximae res tacitae praeterierunt, de divinatione, de fato (cujus tamen in illa parte quaestionis (L. II. c. 1—16) a Balbo non facta est mentio) quibus de quaestionibus tu quidem strictim (supra „tacitae praeterierunt") nostri autem multa solent dicere, sed ab hac ea quaestione, quae nunc in manibus est, separantur."

Quamvis Academicorum esset, suam quidem sententiam non proferre, assensum cohibere (cfr. Acad. L. I. c. 12) et dicere (ibid §. 44) nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse (N. D. L. I c. 7 §. 17) tamen in

utramque partem disputando aliorum sententias refutabant. (cfr. Acad. L. I. c. 12. §. 45. N. D. L. II. c. 67. §. 168.) Sed de pluribus illis Balbi rationibus Cotta ne strictim quidem disseruit. „Quare", Balbus pergit, „si videtur, noli agere confuse, ut hoc explicemus hac disputatione, quod quaeritur."

Ut haec verba Balbi melius intelligantur, a re non alienum esse puto, ejus quaestionem de diis in L. II. propositam paucis repetere.

Hanc quaestionem Balbus ibi in quatuor partes divisit, (cfr. L. II. c. 1. §. 3. et L. III. c. 3. §. 6.) ut primum vellet docere, deos esse (c. 1—16. §. 1—44) deinde quales essent (c. 17—29. §. 45—72.) tum ab his mundum regi (c. 30—53. §. 73—132.) postremo consulere eos rebus humanis. (c. 54—67. §. 133—168.)

In prima igitur parte Balbus rationes exposuit, cur dii essent. Has duxit 1) de coeli adspectu consensuque omnium hominum (c. 2. §. 4. et 5.) 2) de adparitionibus deorum (c. 2. §. 6.) 3) de praedictionibus et praesentionibus rerum futurarum (c. 3—4. §. 7—12.) 4) de Cleanthis argumentatione, quae imprimis in magnitudine commodorum, in coeli temperatione, terrarum fecunditate nititur, et in iis, quae animos terrent, in mira totius mundi varietate, pulchritudine, ordine, rerumque omnium ad utilitatem hominum conspiratione. (C. 5. §. 13—15.) 5) de Chrysippi conclusione, ex qua nihil melius est, quam deus etc. (C. 6—8. §. 16—22.) 6) de pluribus aliis rebus, quae ad hanc disquisitionem non pertinent (C. 9—16. §. 23—44.)

Quamquam igitur Cotta a Balbo rogatur, ne confuse agat, hanc tamen vituperationem patienter subit et tantum respondet: „Optime." (c. 8. §. 20) declarans vel se jure vituperari, vel se suam disputandi rationem corrigere velle. Nihilominus tamen, iis omnibus, quae ad rem pertinent, silentio

praetermissis, quia de prima quaestionis parte dixisset, ad alteram transit. (C. 8. §. 20.)

Itaque quum antea (c. 7. §. 19) quaerat, quibus rationibus Balbus sibi persuadeat, deos esse, mirum est, eum in hac quaestione non pergere. Supra tantum de primis tribus Balbi rationibus egit, et de reliquis, quum de providentia disputatum iret, se acturum esse promisit. Nihilominus tamen credit se de iis, quae Balbus in prima quaestionis parte exposuerat, jam satis dixisse („de primaque diximus." c. 8. §. 20.") Jn hac parte (c. 3 et 4. § 7—10.) multa quidem de Balbi verbis: (L. II. c. 2. §. 4.) „ne egere quidem videtur oratione prima pars," disserit, paucissimis contra verbis (§. 11.) argumentum, de coeli adspectu et de consensu omnium hominum ductum, absolvit. Hoc ita refutat: „Placet igitur tantas res opinione stultorum (e ratione Stoica, quae docet, qui non sint sapientes, eos omnes esse stultos) judicari, vobis potissimum, qui illos insanos esse dicatis?"

Alterum argumentum (c. 5. §. 11—13) quod de adparitionibus deorum ducitur, Cotta interrogationibus expedit, et paucis his verbis refellit: „Rumoribus mecum pugnas, Balbe, ego autem a te rationes requiro. (§. 13.)

Post haec verba (c. 6. §. 14.) plurimi editores nonnulla deesse putant. Qua in re videntur errare. Nam Cotta, ut primum argumentum, sic etiam alterum breviter absolvit. Moser. quidem monet, Wyttenbachium credere, quae deessent, e Cottae disputatione de divinatione fuisse. (de qua tamen Cicero librum singularem conscripsit.) Sed non ita videtur esse: nam quaestionis pars sequens, sive tertium argumentum, quod in praesensionibus et praedictionibus cernitur, incipit a verbis; „S e q u u n t u r, q u a e etc." Hac dicendi formula Cicero ad aliam quaestionem transgrediens utitur (cfr. Fin. B. et M. L. III. c. 26. §. 55. Ibid. L. IV. c. 4. §. 8. Offic. L. I. c. 27. §. 93.)

C. 7. §. 15. Cotta concedit quidem esse deos, (quos equidem credo esse) sed C. 10. §. 25., ubi Chrysippus Stoicus conclusione eo pervenit, ut esse deos, demonstret, idem contendit, haec omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore versari.

Quamvis Cotta c. 10. §. 26. in altera hujus quaestionis parte, in qua Balbus docet, qualis sint dii, versetur, tamen ad primam argumentionem, qua Balbus (L. II. c. 6. §. 16 et 17) demonstravit, esse deos, redit, sed illam sententiam, ibi non rite expositam, multo obscuriorem et intellectu difficiliorem reddit, id quod jam supra vidimus. Hoc tamen loco alia etiam, quae satis obscura sunt, continentur. Cotta enim dicit: „ita (mundum deorum esse domum) prorsus existimarem, si illum aedificatum esse, non quemadmodum docebo, a natura conformatum putarem.“ His verbis Cotta, a deo mundum aedificatum esse negat. Haec quidem sententia cum ratione congruit Academicorum, qui docent, non esse deum. (cfr. Tennemanns Geſchichte der Philoſophie, B. 4. p. 349.) et mundum non a deo aedificatum esse, sed a natura conformatum. Nihilominus tamen non solum credit esse deos, (cfr. N. D. L. III. c. 2. §. 6.) sed hoc ei etiam est persuasum, (cfr. ibid. c. 3. §. 7.) neque ex animo exuri s. exui potest (ibid.) Quodsi igitur Cotta persuasum habet, esse deos, quam pvovinciam iis dabit, quum mundus a natura conformatus sit?

C. 12. §. 30. Cotta conclusionem affert Carneadis, omne animal, quia nullum corpus sit non mutabile, mortale esse contendentis, atque ita pergit: „At si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile; ita efficitur, ut omne corpus mortale sit.“ Quae conclusio! inde tantum efficitur, ut pars corporum sit immutabilis, pars autem mutabilis. Aptius sine dubio verba; „At si esset corpus — mortale sit“, omittuntur. Sic verba sequentia: „Etenim omne corpus etc.“ optime cum antecedentibus cohaerent. Sed libri h. l. ad unum omnes hanc scriptionem tuentur.

Ex his locis multisque aliis, quos afferre et examinare supersedeo, satis manifestum est, his libris de Natura Deorum non extremam manum accessisse. Cur autem ea non accesserit, haud dubie propterea factum est, quod Cicero intelligebat, eos rectractare difficilius esse, quam ut omnes sententias, quae emendatione indigerent, corrigere et dilucidius explanare posset. Hoc e studio, quod ad philosophiam contulit, colligi potest.

Cicero juvenili aetate omne genus philosophorum audivit, et quasi transfuga diversas partes reliquit. Postea vero, quum ad rempublicam accessisset, in eamque omni cogitatione et cura incumberet, philosophiae studium remisit. Curis autem publicis et privatis quum esset afflictus et Caesaris dominatione a reipublicae gubernaculis repulsus, ad studium philosophiae rediit, (cfr. Tuscul. L. I. c. 1. §. 1. Offic. II. c. 1. §. 2—4.) et libros philosophicos scripsit, ut eo popularibus suis prodesset, inde doloris oblivionem peteret et aerumnarum solatium, quod tamen non semper invenit. (cfr. N. D. L. I. c. 4. de Divin. L. II c. 1. Acad. L. I. c. 30. Epist. ad Atticum XII. 46. Tuscul. L. II c. 2. ibid. L. IV. c. 38. Offic. L. II. c. 2. ibid. L. III. c. 1.)

Quum autem opera sua philosophica eaque permulta spatio duorum annorum ante mortem scriberet, multa etiam strictim et festinanter legendo renovare debuit. Modo hunc, modo illum philosophum habuit ducem. In libris de Officiis (L. 1. c. 2. §. 6.) sequitur potissimum Stoicos hosque probat in iis, quae ad reipublicae constitutionem et imprimis ad morum doctrinam pertinent, ita tamen ut non interpres sit, sed suo ingenio et arbitrio utatur. (cfr. Off. L. I. c. 2. §. 6.) Academiae favet, quae pariat dicendi copiam, doceat, quae non multum discrepent ab opinione vulgari, (cfr. Prooemium Parad.) sibique det (Off. L. III. c. 4. §. 20.) magnam libertatem, ut quodcunque maxime probabile occurrat, id suo jure liceat defendere.

Ibi Gernhard. monet, Ciceronem ex Academiae placitis id sequi, quod in loco et tempore maxime probet. In quinto libro de Fin. B. et M. Piso Peripateticus sustinet ejus personam, qui in Offic. L. I. c. 2. §. 6. non multum a Peripateticis dissideat, et Socraticus et Platonicus esse velit. Ad vulgi etiam opinionem se accomodat. (cfr. Off. L. II. c. 10. §. 35. „ut vulgus, ita nos h. l. loquimur.“) Multa de Graecis in Latina convertit, cfr. Epist. ad Atticum L. XII. 52. „ἀπόγραφα ea sunt, minore labore fiunt, verba tantum affero, quibus abundo.“ Interdum tamen etiam non satis accurate transtulit. Cfr. N. D. L. III. c. 16. §. 41. et ibi interpretes. In L. 1 de Fin. B. et M. c. 3. §. 7. „locos quidem,“ ait, „quosdam, si videbitur, transferam et maxime ab his, quos modo nominavi, (Platonem et Aristotelem) quum inciderit, ut id apte fieri possit.“ Ibidem tamen c. 2. §. 6. dicit, „Quod si nos non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab his, quos probamus, iisque nostrum judicium et scribendi ordinem adjungimus, quid habent, cur Graeca anteponant iis, quae et splendide dicta sint, neque sint conversa de Graecis.“ Inde interdum factum est, ut Cicero ob notionum consociationem plura de suo adderet. (cfr. Gaerenz. ad Fin. B. et M. L. I. c. 2. §. 4.)

Denique etiam hoc monendum est, Graecae philosophiae sectas, quas hucusque nominavi, in suis ipsarum rationibus non inter se consentire. Nam v. c. Philo Academicus multis in rebus a Carneade discessit. Vide Ritters Geſchichte der Philoſophie, B. 3. p. 692. Antiochus e nova Academia ad veterem remigravit, (cfr. Acad. L. I. c. 4. §. 13.) ad multa Stoicorum placita transiit (cfr. ibid. L. II. c. 22. §. 69.) et disputavit contra Philonem. (Acad. L. I. c. 5 etc.) Posidonius philosophiam Stoicam cum Platonica, Aristotelea et aliis conjungere voluit. (Cfr. Ritters Geſch. d. Phil., B. 3. p. 685.) Itaque quum philosophi ejusdem sectae inter se non congruerent, Cicero, qui philosophiae non tantam operam dedisset, quantam eloquentiae, (cfr. Off. L. 1. c. 1. §. 1. Tusc. L. II. c. 3. §. 9. Brutus c. 93. §. 322.) neque eo esset ingenio,

ut in disserendi disputandique spinas penetrare posset, in his libris de Natura Deorum in errores inductus est, praesertim quum nos oporteat statuere his primis lineamentis deesse conformationem.

Sed revertamur ad libros de Nat. Deor. Primo adspectu intelligitur, Ciceronem in prioribus libris, ubi multa quidem mira sunt et obscura, tamen e rationibus Epicureorum et Stoicorum plerumque enodari possunt, minus lapsum esse, quam in tertio. Id facile explicari potest. In primo libro Epicureorum ratio exponitur. Hanc Cicero a Phaedro didicit adolescens, et quamvis ad Philonem Academicum transiisset, tamen Athenis Zenonem Epicureum audivit et ibi sine dubio cum Pomponio, familiarissimo suo, qui rationem Epicuream defendisse videtur, (cfr. Epp. ad divers. XIII. 1.) de ea multum disputavit. Diodotum etiam Epicureum domi suae usque ad ejus mortem habuit. Cfr. Brut. c. 90. §. 308.) Sic in illa ratione videtur satis versatus fuisse. Ut rationis Epicureae, ita etiam Stoicae consecutus est scientiam, quae satis erat. Nam non solum Posidonium audivit, (cfr. N. D. L. c. 3. §. 7.) sed multos etiam Stoicos, v. c. Diogenem, Antipatrum, Mnesarchum, Panaetium imprimisque Posidonium legit. (Cfr. Fin. B. et M. L. I. c. 2. §. 6.) Praecipue vero propter eloquentiam a partibus Academicorum stetit, cfr. de Fato c. 2. „Nam cum hoc genere philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem; subtilitatem enim ab Academia mutuatur etc.“ Jn Tuscul. L II. c. 3. §. 9. Peripateticorum et Academiae consuetudo ei placet, quod ea est maxima dicendi exercitatio. Jn hac disciplina praeter Philonem habuit Antiochum doctorem. (Cfr. Brut. c. 101. §. 315.) Quum enim in primo itinere Athenas venisset, sex menses cum illo philosopho fuit, studiumque philosophiae nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum, hoc rursus auctore et doctore renovavit. Postea tamen hoc studium propemodum intermisit. Qua de causa etiam in libro de Fato c. 2. dicit: „Sed ita me audies,

ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo haec studia repetentem. Acad. L. I. c. 3. §. 11. „Haec (Academica) inclusa habebam et, ne obsolescerent, renovabam, quum licebat, legendo.“ Ideoque multa oblitus est. Cfr. Acad. L. I. c. 4. §. 14. „Immo vero et istam Academiam novam et totam veterem, a qua absum tam diu, revocari a te, nisi molestum est, velim. De Nat. Deor. L. I. c. 5. §. 11. „Hujus rei (sermo est de philosophia Academica) tantae tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor; secutum esse prae me fero.“ Itaque non in intimos recessus hujus philosophiae penetravit. Neque etiam arcte Academiae vestigia pressit, sed ipsi „videbatur, si quid libris mandaretur, id accommodari omnium eruditorum lectioni decere.“ Tuscul. L. II. c. 3. §. 8.

In morum autem disciplina et rerum divinarum secutus est Stoicos. Hanc ob causam etiam esse deos, et argumentum, quo Lucilius, eos esse, monstravit, firmissimum esse credit, (Cfr. Tuscul. L. I. c. 13. §. 20) quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio, nec vero id collocutio hominum aut consensus efficiat, non institutis opinio sit confirmata, non legibus; sed omni in re consensio omnium gentium lex naturae putanda sit. (Cfr. Offic. L. III. c. 3.) Pariter eum etiam (Divin. L. II. c. 72 §. 148) et esse praestantem aliquam aeternamque naturam et eam suspiciendam admirandamque hominum generi pulchritudo mundi ordoque rerum coelestium cogit confiteri. Quam ob rem etiam Ciceronis frater (Divin. L. I. c. 5. §. 8 et 9.) dicit: „Perlegi tuum tertium de Natura Deorum, in quo disputatio Cottae, quamquam labefactavit sententiam meam, non funditus tamen sustulit. — Etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. — Satis enim defensa est religio in secundo libro a Lucilio, cujus disputatio tibi ipsi ad veritatem est visa propensior.“ (cfr. N. D. L. III. c. 40. §. 95.)

Ex iis, quae hujusque dicta sunt, perspicuum est, Ciceronem non

extremum laborem huic operi impendisse, non tamen propterea, quod morte praepeditus est, — nam illo edito diutius etiam vixit anno et multa conscripsit: de Divinatione, de Fato, de Senectute, de Amicitia, Timaeum, Paradoxa, unum librum de Gloria, tres de Officiis, Topica, XIV Orationes Philippicas,— sed potius, nisi fallor, quod intellexit, se hoc opere retractando in multas incursurum esse difficultates Philosophorum enim diversas, quas cognoverat, rationes, quia in studio philosophiae magis ad usum et vitae communis institutionem, quam ad artem spectaverat, (Cfr. de Amicitia c. 5. Offic L. III. 3.) idque aliquantum temporis omiserat, non amplius satis cognitas habebat, et quidquid dederat, e recenti et festinata lectione sumserat. Haec omnia jam satis magnas difficultates ei attulerunt.

Tertium vero librum, cujus disputatio est prae ceteris obscura, abrupta et perturbata, si emendare voluisset, jam propter causas antea expositas, in multo majores difficultates delapsus esset. Sed sine dubio aliae etiam causae sunt, quae eum prohibuerunt, quominus hanc disputationem emendaret. Veri enim simile est, Ciceronem suis animi sensibus repugnare noluisse, (cfnr. loci supra e Tuscul. L. I. c. 13. et de Divin. II. c. 72. allati) simulque, si in hoc opere recognoscendo Cottae rationibus majorem vim et auctoritatem tribueret, metuisse, ne popularibus suis in suspicionem, se negasse deos esse, veniret et impietatis accusaretur. Ideoque etiam haud dubie, ut gratiam apud lectores iniret, Cottam fecit affirmantem non solum initio hujus disputationis (L. III. c. 2. §. 5.) se ex ea opinione, quam a majoribus accepisset de cultu deorum, nullius unquam oratione aut docti aut indocti motum iri et (ibid. §. 6.) majoribus, etiam nulla ratione reddita, credere, sed etiam sub fine, (L. III. c. 39. §. 79) se tollere naturam deorum nolle. Eandem ob causam ipsi in extremo tertio libro Balbi disputatio ad veritatis similitudinem videtur esse propensior. (Cfr. paullo ante Divin. L. II. c. 72.)

Omnibus his de causis negari non posse credo, Ciceronem libris de Natura Deorum extremam manum non solum non imposuisse, verum etiam imponere noluisse.

Rem sic se habere, inde etiam colligi potest, quod Cicero aliis in scriptis suis philosophicis acumine ingenii et sententiarum subtilitate excellit et luculentissima curae et diligentiae documenta dedit.

Mueller.

SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica Kopernikańska w Toruniu
SCHULPROGRAMME

# Jahresbericht

über das Schuljahr 18$\frac{38}{39}$.

## A. Lehrgegenſtände, Schulbücher und Lehrer.

### Erſte Klaſſe.

Ordinarius Director Müller.

8 Stunden Lateiniſche Sprache.

a) 2 Stunden Horaz. Carmina B. 1 und 2. Epp. B. 2. Satt. B. 1 Sat. 1 und 6 — 7 Prof. Dr. Hempel.

b) 2 St. Cicero. Orator. — de Nat. Deor, B. 2. c. 1 — 40.

c) 1 St. Reviſion der Privatlectüre. Tacit. Annal. B. 15, 16. Hist. B. 1 — 3. Sallust Dir Müller.

d) 1 St. Stylübungen, innerhalb 14 Tagen 2 freie Arbeiten, in der 3ten Woche ein Exercitium und in der 4ten eine metriſche Arbeit. Sämmtliche Arbeiten werden von dem Lehrer zu Hauſe korrigirt und in der Stunde recenſirt. Im Reſte der Stunde wurden theils Extemporalien geſchrieben und verbeſſert, theils von den Schülern freie Latein. Vorträge übrr Abſchnitte der Geſchichte gehalten. Derſelbe.

e) 1 St Latein. Interpretir- und Disputirübungen über Griechiſche Stellen, die von den Schülern zu Hauſe ausgearbeitet worden waren Derſelbe.

f) 1 St. Latein. Extemporalien. Derſelbe.

6 Stunden Griechiſche Sprache.

a) 2 St. Plato de Republ. B. 1 c. 20 B. 2. — Demosthen. Or. pro Corona bis p. 247 ed. Reisk. Prof. Kretſchmar.

b) 2 St. Soph. Ajax und Philoct. Dir. Müller.

c) 1 St. Homers Iliade. L. XII. — XXIII. curſoriſch und privatim. Derſelbe.

d) 1 St. a. Stylübungen nach Dictaten, wöchentlich eine zu Hauſe von dem Lehrer korrigirt und in der Stunde recenſirt; b. metriſche Verſuche an der Tafel verbeſſert Derſelbe.

NB. Die Erklärung der Lateiniſchen und Griechiſchen Schriftſteller wurde in Lateiniſcher Sprache gegeben.

2 St. Hebräiſche Sprache.

Grammatik nach Geſenius. Die Formenlehre vom unregelmäßigen Verbum an nebſt einigen Parthien der Syntax. Einzelne Theile der Elementarlehre wurden wiederholt. Lectüre. Geneſius's Leſebuch und der Codex Prof. Dr. Hempel.

2 St. Deutſche Sprache.

Deutſche Aufſätze, alle 4 Wochen einer. Freie Vorträge. Erklärung von Dichterwerken. (Der Cyclus der hiſtoriſchen Dramen Shakespears.)

2 St. philoſophiſche Propädeutik. Die Lehre vom Bewußtſeyn. Archäologiſche Vorträge. Entwickelung der Griechiſchen Kunſt bis zum Zeitalter des Perikles. Prof. Dr. Rötſcher.

2 St. Polniſche Sprache in 2 Abtheilungen.

A. Für die Nationalpolen.

Grammatik nach Poplinski. Unregelmäßige Zeitwörter, Präpoſitionen, Conjunction, Interjectionen. Syntax. Alle 3 Wochen eine freie Arbeit. Lektüre. Kraſicki's Lebensbeſchreibungen. Prof. Wilczewski.

B. Für die Deutſchen Schüler.

Grammatik nach Poplinski. Die Syntax mit Beiſpielen. Ue-

bungen an der Tafel. Schriftliche Arbeiten nach Diktaten, alle 14 Tage eine und mündliche Ueberſetzung aus dem Deutſchen ins Polniſche. (Leben Carls XII., 4tes und 5tes Buch). Lehrer v. Rakowski.

2 St. Franzöſiſche Sprache.
Freie Aufſätze, alle 3 Wochen einer und Exercitien. Lektüre. Idelers Handbuch 3ter Theil. Prof. Dr. Rötſcher.

4 St. Mathematik.
a) Arithmetik. Combinatoriſche Analyſis, binomiſcher und polynomiſcher Lehrſatz, höhere Gleichungen vom 2ten bis zum 4ten Grade incl. Auflöſungen derſelben durch Auffindung ihrer rationalen Wurzeln und durch Näherung, Cardaniſche Formel, unbeſtimmte oder diophantiſche Aufgaben.
b) Geometrie. Stereometrie nebſt Aufgaben Wiederholung der ebenen Trigonometrie. Sphäriſche Trigonometrie. Lehre von den Kegelſchnitten. Prof. Wilczewski.

2 St. Phyſik. Theorie der Bewegung und mechaniſche Wiſſenſchaften. Optiſche Wiſſenſchaften. Derſelbe.

2 St. Geographie und Geſchichte nach Schmidts Grundriß der Geſchichte 3tem Theile. Von der Reformation bis zum Nordamerikaniſchen Freiheitskriege. Prof. Dr. Rötſcher.

2 St. Religionsunterricht in 2 Abtheilungen.
A. Für die Evangeliſch-Vereinigten nach Niemeyers Handbuch. Chriſtliche Kirchengeſchichte von §. 57 bis Ende. Moral bis §. 49. Wiederholung des Lutheriſchen Katechismus und Lectüre einzelner Parthien des Neuen Teſtaments in der Grundſprache. Prof. Dr. Hempel.
NB. Derſelbe Katechismus wurde auch in den folgende Klaſſen wiederholt.
B. Für die Katholiken.
a) 1 St. Glaubenslehre von der Gnade, Rechtfertigung und den Sakramenten nach Fiſchers Religions-Lehrbuch.

b) 1 St. Allgemeine Einleitung in die Religionslehre nebſt einer kurzen Ueberſicht der vorchriſtlichen Religionen und Lectüre der Apoſtelgeſchichte in Griechiſcher Sprache. Lehrer Vicar Maniurka.

## Zweite Klaſſe.

Ordinarius Profeſſor Dr. Hempel.

8 Stunden. Lateiniſche Sprache.

a) 4 St. Livius L. 21 — Cicero's Rede pr. Roscio Amer. c. 1 — 15.
b) 2 St. Virgils Aeneis B. 1, 2 bis V. 500.
c) 1 St. Lat. Grammatik. Syntax nach Zumpt.
d) 1 St. Lat. Exercitien, wöchentlich eins. Prof. Kretſchmar.

6 Stunden. Griechiſche Sprache.

a) 2 St. Homers Odyſſee B. 8 — 11 V. 200. Prof. Kretſchmar.
b) 2 St. Xenoph. Memor. B. 1 und 2 bis c. 8.
c) 1 St. Grammatik nach Buttmann v. §. 98 und Syntax.
d) 1 St. Uebungen im Ueberſetzen aus dem Deutſchen ins Griechiſche nach Roſt an der Tafel und mündlich aus Curſus 3. Schriftlich zu Hauſe aus Curſus 4, wöchentlich ein Stück. Prof. Dr. Hempel.

Privatlectüre nach den Vorkentniſſen der einzelnen geleitet. Hauptſächlich wurden geleſen: Salluſt, Livius, Terenz und Virgil.— Xenophon (Anab. Hist. graec. Cyrop.) und Homers Odyſſee. Von den vorgerückteren auch einzelne Reden Cicero's nebſt den kleinen philoſ. Schriften. Prof. Dr. Hempel.

2 Stunden. Hebräiſche Sprache. Grammatik nach Geſenius. Die Formenlehre bis zum regelmäßigen Verbum. Geſenius's Leſebuch p. 3 — 13 und 20 — 38. Lehrer Goldſchmidt.

2 Stunden. Deutſche Sprache.

a) 1 St Deutſche Aufſätze, alle 3 Wochen einer, und freie Vorträge.

b) 1 St. Literaturgeſchichte. Vom Zeitalter der Minneſänger bis auf unſere Tage. Prof. Dr. Rötſcher.

2 Stunden. Polniſche Sprache in 2 Abtheilungen, verbunden mit denen der erſten Klaſſe.

2 Stunden. Franzöſiſche Sprache. Exercitia. Lectüre. Ideler's Handbuch 2ter Theil. Prof. Dr. Rötſcher.

4 Stunden. Mathematik.

2 St. Arithmetik. Einfache und quadratiſche Gleichungen mit einer und mehreren unbekannten Größen. Logarithmen und deren Tafeln. Progreſſionen. Zinſes-Zins-Rechnung. Kettenbrüche. Verwandlung der Wurzelgröße $\sqrt{}$ A. in einen kontinuirlichen Bruch.

2 St. Geometrie. Wiederholung der Lehre von regulären Polygonen, vom Kreiſe, und planimetriſche Aufgaben. Ebene Trigonometrie nebſt Aufgaben. Prof. Wilczewski.

1 Stunde. Phyſik. Die Einleitung und die Lehre von den allgemeine Eigenſchaften der Körper nebſt den Hauptſätzen der Mechanick — Wärmelehre. Lehrer Fechner.

2 Stunden Geographie und Geſchichte nach Schmidts Grundriß der Geſchichte, 2tem Theile. Geſchichte des Mittelalters. Im erſten Semeſter von Rudolph von Habsburg bis zur Reformation. Im zweiten von der Völkerwanderung bis zu den Kreutzzügen.

1 Stunde. Vorträge und Wiederholung der alten Geſchichte. Prof. Dr. Rötſcher.

[illegible]unden. Religionsunterricht in 2 Abtheilungen verbunden, mit [illegible] Klaſſe.

## Dritte Klaſſe.

### Ordinarius Profeſſor Kretſchemar.

8 Stunden. Lateiniſche Sprache.

a) 2 St. Ovids Verwandlungen. B. 1 und 3 mit Auswahl, verbunden mit Proſodie und mit proſ. Uebungen.
b) 4 St. Jul. Cäſar de B. G. B. 1 — 4.
c) 2 St. Grammatik nach Zumpt nebſt Uebungen an der Tafel. Exercitien, zu Hauſe gearbeitet, wöchentlich eins. Prof. Dr. Hempel.

6 Stunden. Griechiſche Sprache.

a) 3 St. Xenophons Anabasis B. 1 und 2 bis c. 6.
b) 1 St. Lucians Todtengeſpräche, 19 bis zu Ende. Meergöttergeſpräche.
c) 2 St. Grammatik nach Buttmann und Stylübungen nach Roſt's 2tem Curſus wöchentlich eine Prof. Kretſchmar.

Privatlectüre. Mehrere Stücke aus Lucian, Arrian, auch einiges aus dem Homer und Xenophons Cyropädie. Jul. Caeſar, Juſtin, und Salluſt. Prof. Kretſchmar.

2 Stunden. Deutſche Sprache.

a) 1 St. Grammatik. Entwickelung der Redetheile und Wortbildung. Hierauf eine kurze Darſtellung des Gebrauchs der Moden.
b) 1 St. Kritik der häuslichen Aufſätze, die alle 14 Tage geliefert wurden, abwechſelnd mit freien Vorträgen. Lehrer Fechner.

2 Stunden. Polniſche Sprache in 2 Abtheilungen, verbunden mit denen der erſten und zweiten Klaſſe.

2 Stunden. Franzöſiſche Sprache. Grammatik nach Hirzel. Anfangsgründe und die erſten 11 Kapitel bis zu den unperſönlichen

Zeitwörtern, wovon jedoch nur die beiden erſten Curſe durchgenommen wurden. Ueberſetzung aus dem Deutſchen ins Franzöſiſche nach Dictaten, auch wurden die Uebungsſtücke aus der Grammatik überſetzt, wöchentlich eins. Uebungen an der Tafel. Lectüre: Telemach B. 3—5. Lehrer von Rakowski.

3 Stunden. Mathematik.

a) Arithmetik. Rechnungen mit Potenzen. Ausziehung der Quadrat- und Kubikwurzeln aus Zahlen und Buchſtaben-Ausdrücken, Rechnungen mit Wurzelgrößen, Verkürzungen und Verwandlungen. Quadratwurzel aus einem Binom von der Form $A \pm \sqrt{B}$. Bezeichnung der Wurzelgrößen durch Bruchpotenzen und Rechnung damit.

b) Geometrie. Von der Aehnlichkeit der Dreiecke und den damit zuſammenhängenden Gegenſtänden. Von der Ausmeſſung derſelben und andern gradlinigen Figuren. Von regulären Polygonen und vom Kreiſe. Prof. Wilczewski.

2 Stunden. Naturgeſchichte. Minerologie. Einleitung. Allgemeine Kennzeichen. Hauptſätze der Kryſtallographie; ſodann die Lehre von den Erden und Steinen, von den Salzen, den brennbaren Mineralien und endlich den Metallen. Lehrer Fechner.

3 Stunden. Geographie und Geſchichte nach Schmidts Grundriß der Geſchichte, erſtem Theile. Die alte Geſchichte. Vom Beginn bis zum Anfange der Völkerwanderung excl. Prof. Dr. Rötſcher.

2 Stunden. Religionsunterricht in 2 Abtheilungen.

A. Für die Evangeliſch-Vereinigten. Chriſtliche Glaubenslehre. Lectüre und Erklärung des Evangeliums Lucas nach dem Urtext. Lehrer Fechner.

B. Die katholiſchen Schüler waren mit denen der erſten und zweiten Klaſſe verbunden.

2 Stunden. Geſangunterricht. Vierſtimmige Geſänge. Der techniſche Lehrer Sadowsky.

## Vierte Klaſſe.

Ordinarius Lehrer Goldſchmidt.

8 Stunden. Lateiniſche Sprache.

a) 2 St. Jacobs's Blumenleſe Nr. 17—46. Proſodie. Hexameter und Pentameter.
b) 3 St. Juſtin B. 15—23.
c) 2 St. Grammtik nach Zumpt, die zweite Hälfte der Syntax §. 76—83. Die Regeln wurden erklärt und auswendig gelernt. Mündliche Uebungen und ſchriftliche an der Tafel, wöchentlich ein Exercitium, welches von dem Lehrer zu Hauſe korrigirt und in der Schule durchgegangen wurde. Lehrer Goldſchmidt.

5 Stunden griechiſche Sprache. Halms Griechiſches Leſebuch mit Auswahl und Grammatik nach Buttmann. Etymologiſcher Theil bis zu den Verbis auf mi incl. Lehrer Breda.

3 Stunden Deutſche Sprache.

a) 1 S. Grammatik nach Beckers Schulgrammatik. Die Syntax des prädicativen, attributiven und objectiven Satzverhältniſſes.
b) 1 St. Beurtheilung der häuslichen Arbeiten.
c) 1 St. Deklamirübungen und Vorträge. Lehrer Fechner.

A. Für die Nationalpolen.

a) 1 St. Grammatik nach Poplinski. Orthographie, Declinationen, Conjugationen der regelmäßigen Zeitwörter, Redetheile. Vom Geſchlechte. Uebungen an der Tafel.
b) 1 St. Poplinski's Leſebuch 1ter Theil.
c) 1 St. Deklamirübungen. Schriftliche Arbeiten, wöchentlich ein Brief oder eine Schilderung. Prof. Wilczewski.

B. Für die Deutſchen Schüler.

a) 1 St. Grammatik nach Poplinski. Etymologiſcher Theil, beſonders die unregelmäßigen Declinationen und Conjugationen und das Hauptſächlichſte aus der Syntax.

b) 1 St. Poplinski's Leſebuch Theil 1 p 1—25.

c) 1 St. Stylübungen. Kurze Deutſche Sätze wurden zur Anwendung der grammatiſchen Regeln überſetzt, vorgeleſen und verbeſſert Lehrer von Rakowski.

3 Stunden Mathematik.

a) 2 St Geometrie. Einleitung in die Mathematik. Bildung der 3 Hauptarten der Raumgrößen. Die Lehre von den Winkeln, Parallelen, Dreiecken, Vierecken und Vielecken, Vergleichung der Flächen der Parallelogramme und Dreiecke, und Ausmeſſung derſelben.

b) 1 St. Arithmetik. Die 4 Species aus der Numeration abgeleitet, Zahlenſyſteme, Decimalſyſtem, Decimalbrüche, die 4 Species algebraiſch, die Proportionen. Lehrer Fechner.

2 Stunden Naturgeſchichte nach Stein. Das Pflanzenreich Lehrer Goldſchmidt.

2 Stunden Geographie nach Kannabich. Die Europäiſchen Länder mit Ausnahme Deutſchlands und die außereuropäiſchen. Geſchichte nach Böttiger von 476 nach Chr. Geburt bis auf die neueſte Zeit. Lehrer Goldſchmidt.

2 Stunden. Religionsunterricht in 2 Abtheilungen.

A. Für die Evangeliſch-Vereinigten nach Ziegenbein § 130—180 und § 1—11. Die Sprüche wurden erklärt und auswendig gelernt. In jeder 4ten Stunde wurde die Bibel geleſen. Lehrer Goldſchmidt.

B Für die Katholiken.

a) 1 St. Die Lehre von dem heil. Geiſt, von der Kirche und den Sacramenten nach Jaumanns kleinem Katechismus.

b) 1 St. Bibliſche Geſchichte des alten Teſtaments von Erſchaffung der Welt bis zu den Königen des Iſraeliſchen Volks nach J. Kabath's bibliſcher Geſchichte des alten Teſtaments. S. 1 — 126. Lehrer Vikar Maniurka.

2 Stunden. Geſangunterricht verbunden mit der dritten Klaſſe.

2 Stunden. Zeichenunterrich. Der techniſche Lehrer Sadowsky.

## Fünfte Klaſſe.

Ordinarius Lehrer von Rakowski.

8 Stunden. Lateiniſche Sprache.

a) 4 St. Eutrop B. 6 — 10 und B. 1.

b) 3 St Grammatik nach Zumpt. Wiederholnng des etymologiſchen Thei's und die Syntax bis § 76 begleitet mit Beiſpielen aus den Vorübungen zum Ueberſetzen aus dem Deutſchen ins Lateiniſche von Schulze p. 1 — 115. Dieſe wurden zu Hauſe ſchriftlich überſetzt und in der Stunde korrigirt. Uebungen an der Tafel aus Otto Schulz.

c) 1 St. Wöchentlich ein Extemporale, welches von dem Lehrer zu Hauſe verbeſſert und in der Stunde durchgenommen wurde. Lehrer von Rakowski.

3 Stunden. Deutſche Sprache.

a) 1 St. Grammatik nach Wurſt. Die Lehre von dem einfachen und zuſammengeſetzten Satze und aus der Formenlehre das Verbum und Subſtantiv.

b) 1 St. Stylübungen alle 14 Tage eine. Sie beſtanden in einfachen Erzählungen, Schilderungen und Briefen, welche von dem Lehrer zu Hauſe verbeſſert und in der Stunde rezenſirt wurden.

c) 1 St. Deklamirübungen und Lectüre ausgewählter Stücke. Das Geleſene wurde von den Schülern wieder erzählt. Lehrer Breda.

3 Stunden. Polniſche Sprache in 2 Abtheilungen, verbunden mit denen der 4ten Klaſſe.

4 Stunden Rechenübungen. Vollſtändige Lehre von den Brüchen, die geometriſchen Verhältniſſe und Proportionen, ſoweit ſie zum Verſtändniß der Proportionsrechnung nöthig ſind. Practiſche Uebungen. Lehrer Breda.

2 Stunden. Naturgeſchichte nach Stein. Die Inſekten, Würmer, Amphibien und Fiſche. Lehrer Goldſchmidt.

3 Stunden Geographie und Geſchichte nach Böttigers allgemeiner Geſchichte. Im Winterſemeſter die allgemeine Geographie und Geſchichte der Aſiatiſchen- und Afrikaniſchen - Staaten, ſowie Griechenlands bis auf Alexander. Sodann alte Geographie Italiens und die älteſte Geſchichte Roms. Im Sommerſemeſter die Preuß. Brandenburgiſche Geſchichte und Geographie Deutſchlands, insbeſondere Preußens. Lehrer Fechner.

2 Stunden Religionsunterricht in 2 Abtheilungen.

A. Für die Evangeliſch-Vereinigten. Im Winter bibliſche Geſchichte des A. T. im Sommer das Leben Jeſu nach den 4 Evangelien. Die in den bibliſchen Erzählungen enthaltenen Hauptwahrheiten wurden durch paſſende Bibelſprüche dem Gedächtniß eingeprägt. Lehrer Fechner.

B. Für die Katholiken, verbunden mit der vierten Klaſſe.

2 Stunden. Zeichenunterricht. Der techniſche Lehrer Sadowsky.

3 Stunden. Kalligraphiſcher Unterricht Derſelbe.

2 Stunden. Geſangunterricht. Derſelbe.

## Sechſte Klaſſe.

Ordinarius Lehrer Breda.

8 Stunden. Lateiniſche Sprache.

a) 4 St. Blume's Latein. Elementarbuch. Es wurden ausgewählte Abſchnitte aus dem erſten und zweiten Curſus, ſowohl aus dem Lateiniſchen ins Deutſche, als aus dem Deutſchen ins Lateiniſche überſetzt. Vor dem Ueberſetzen wurden die Vokabeln abgefragt und die Sätze konſtruirt.

b) 4 St. Grammatik nach Zumpt. Entymologiſcher Theil und die hauptſächlichſten Regeln der Syntax. Die geübteſten Schüler üb rſetzten theils mündlich, theils an der Tafel leichte Deutſche Sätze ins Lateiniſche. Lehrer Breda

3 Stunden Deutſche Sprache.

a) 2 St. Grammatik nach Wurſt vom Anfange bis § 24. Hiermit wurde die Flexion des Nomens verbunden.

b) 1 St. Vortrag memorirter Gedichte und Leſeübungen aus Poplinski's Leſebuch. Die geleſenen Stücke wurden wiedererzählt. Orthographiſche Uebungen, einige kleine Aufſätze wurden in der Klaſſe angefertigt. Lehrer Fechner.

3 Stunden Polniſche Sprache. Leſeübungen, Declinationen und Conjugationen; Orthographie, nach Poplinskis Grammatik. Auch wurden aus derſelben Grammatik die leichten Sätze und Erzählungen ins Deutſche überſetzt. Lehrer von Rakowski.

4 Stunden Rechenübungen. Numeration Die 4 Species mit unbenannten und benannten Zahlen. Anfangsgründe der Bruchrechnung. Der einfache Dreiſatz. Kopfrechnen. Der techniſche Lehrer Sadowsky.

2 Stunden Naturgeſchichte nach Stein. Die Säugethiere und Vögel. Lehrer Goldſchmidt.

5 Stunden Geographie nach Arnolds Leitfaden. Ueberſicht des Erdbodens nebſt dem wiſſenswürdigſten und faßlichſten aus der mathematiſchen und phyſiſchen Geographie. Lehrer von Rakowski.

2 Stunden Religionsunterricht in 2 Abtheilungen, verbunden mit denen der fünften Klaſſe.

2 Stunden Zeichenunterricht. Der techniſche Lehrer Sadowsky.

5 Stunden kalligraphiſche Unterricht. Derſelbe.

1 Stunden Geſangunterricht, verbunden mit der fünften Klaſſe.

NB. Die Schüler aus den obern Klaſſen, welche den Zeichen- und Geſangunterricht fortzuſetzen wünſchten, hat der techniſche Lehrer Sadowsky hierin unentgeldlich unterrichtet.

## Verordnungen der vorgeſetzten Behörden.

Vom 13. September 1838. Der Herr Regierungs-Schul-Rath Runge ſoll das Manuſcript des Programms revidiren.

Demſelben Datum. Den Schwarzburg - Sonderhauſiſchen Gymnaſien ſollen 2 Exemplare des Programms überſchickt werden.

Vom 13. Dezember. Der Beitrag für den Franzöſiſchen Unterricht wird aufgehoben.

— 27. Februar 1839. Den Naſſauiſchen Gymnaſien ſollen 4 Exemplare des Programms überſandt werden.

— 1. April Da ſich die Zahl der Bewerber um Stipendien aus den dazu für die hieſige Provinz beſtimmten Fonds mit jedem Jahre vermehrt, ſo ſollen vorzugsweiſe geiſtig begabte, zugleich fleißige und ſittlich zuverläſſige junge Leute

vor denen, welche dieſe Eigenſchaften nicht in ſich vereinigen, berückſichtigt werden, und dieſen letztern ſoll, zumal wenn ihre Eltern nicht Vermögen beſitzen, die Wahl einer wiſſentſchaftlichen Laufbahn um ſo mehr ernſtlich abgerathen werden, als künftig wegen der großen Menge der Bewerber die jährlichen Stipendien aus den Fonds dieſer Provinz in der Regel auf 100 Rthlr. beſchränkt werden müſſen.

---

Durch das Wohlwollen des Königl. hohen vorgeordneten Miniſteriums hat das hieſige Königl. Gymnaſium folgende Schriften zum Geſchenk erhalten: 1) den 18trn 19ten und 20ten Band des encyklopädiſchen Wörterbuchs der mediziniſchen Wiſſenſchaften. 2) Dr. Gerhard's Griechiſche Vaſenbilder 1tes — 4tes Heft. 3) Des Baron von Dirckinck-Hohenfeld nordiſche Vorzeit und Mythen, 1tes und 2tes Heft. 4) Suidas's Lexikon v. Bernhardy Vol. 1 fasc. 5. 5) Müllers künſtliche Darſtellung des menſchlichen Gehirns. 6) Dr. Blume's Lateiniſche Schulgrammatik.

Für alle dieſe Geſchenke ſtattet die Anſtalt den ehrerbietigſten Dank ab.

---

In Gemäßheit der Verfügung vom 12. März 1835 werden hier die Unterſtützungen namhaft gemacht, welche Schüler im Laufe des Schuljahres erhalten haben Dieſe beſtehen:

1) in der Befreiung vom Schulgelde, welche 42 Schülern zu Theil geworden iſt. Dieſe Art der Unterſtützung hat 552 Rthlr. betragen.

2) in den Koronower Stipendium von 50 Rthl.

3) in den Stipendien des Vereins zur Unterſtützung hülfsbedürftiger Gymnaſiaſten im Betrage von 205 Rthlr.

Auch in dieſem Jahre iſt von derſelben Hand, welche ſchon in jedem der verfloſſenen 3 Jahre dem Vereine zur Unterſtützung hülfsbedürftigen Gymnaſien 20 Rthlr. gab, wieder eine gleiche Summe geſchenkt worden, wofür hier ein öffentlicher Dank abgeſtattet wird.

## B. Chronik des Gymnaſium.

Das jährliche Schulgeld iſt vom 1. Januar c. durch die hohen vorgeordneten Behörden auf 14 Thlr. erhöht worden.

Der Unterricht in den Leibesübungen hat am 1. Junius c. unter der Leitung des techniſchen Lehrers Sadowsky begonnen. Für dieſen Unterricht zahlt jeder Schüler, welcher daran Theil nimmt, jährlich 15 Sgr.

## C. Statiſtiſche Ueberſicht.

### I. Allgemeiner Lehrplan.

| Fächer. | Klaſſen und Stunden. | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | I. | II. | III. | IV. | V. | VI. | Summe. |
| Lateiniſch . . . | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 48 |
| Griechiſch . . . | 6 | 6 | 6 | 5 | — | — | 23 |
| Hebräiſch . . . | 2 | 2 | — | — | — | — | 4 |
| Deutſch . . . | 2 | 2 | 2 | 3 | 3 | 3 | 15 |
| Philoſ. Propädeut. und Archäologie . . | 2 | — | — | — | — | — | 2 |
| Polniſch . . . | 2 | 2 | 2 | 3 | 3 | 3 | 15 |
| Franzöſiſch . . . | 2 | 2 | 2 | — | — | — | 6 |
| Religion . . . | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 12 |
| Geſchichte und Geographie . . . | 2 | 3 | 3 | 2 | 3 | — | 13 |
| Geographie . . | — | — | — | — | — | 3 | 3 |
| Mathematik . . | 4 | 4 | 3 | 3 | — | — | 14 |
| Rechnen . . . | — | — | — | — | 4 | 4 | 8 |
| Phyſik . . . . | 2 | 1 | — | — | — | — | 3 |
| Naturgeſchichte . | — | — | 2 | 2 | 2 | 2 | 8 |
| Zeichnen . . . | — | — | — | 2 | 2 | 2 | 6 |
| Schreiben . . . | — | — | — | — | 3 | 3 | 6 |
| Geſang . . . . | — | — | 2 | 2 | 2 | 2 | 4 |
| Summe | 34 | 32 | 32 | 32 | 32 | 32 | 190 |

NB. Die Schüler der 3ten und 4ten Klaſſe ſind im Geſangunterricht mit einander verbunden, eben ſo auch die Schüler der 5ten und 6ten Klaſſe.

## II. Verhältniſſe der Schüler.

| Aufgenommen wurden | | waren in | | | | | | überhaupt. | abgegangen ſind. | Am Schluſſe waren |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | I. | II. | III. | IV. | V. | VI. | | | |
| Im erſten Semeſter | 21 | 10 | 7 | 18 | 51 | 63 | 66 | 215 | 20 | 195 |
| Im zweiten Semeſter | 18 | 7 | 9 | 25 | 51 | 63 | 58 | 213 | 9 | 204 |

Es haben die Anſtalt in dieſem Zeitraume 233 Schüler beſucht.

Zu Oſtern d. J. ſind mit dem Zeugniſſe der Reife zur Univerſität entlaſſen worden:

1) Wilhelm Emil Julius Carl Rafalski, evangel. Confeſſion, aus Bromberg gebürtig, ein Sohn des hieſigen Herrn Juſtizraths Rafalski, $20\frac{1}{2}$ Jahr alt, $10\frac{1}{2}$ Jahr auf dem hieſigen Gymnaſium, 2 Jahr in der erſten Klaſſe, ſtudirt in Königsberg die Rechte.

2) Otto Friedrich Conrad Hantelmann, evangel. Confeſſion, aus Culm gebürtig, ein Sohn des Herrn Juſtiz Commiſſarius Hantelmann zu Culm, $20\frac{1}{2}$ Jahr alt, $6\frac{1}{2}$ Jahr auf der hieſigen Anſtalt, 2 Jahr in Prima, ſtudirt in Breslau die Rechte.

3) Reinhold Rudolf Droſte, evangel. Confeſſion, aus Bromberg gebürtig, ein Sohn des hieſigen Regierungs-Canzelliſten, Herrn

Droſte, 19½ Jahr alt, 9½ Jahr auf der Anſtalt, 2 Jahr in Prima, ſtudirt in Königsberg die Rechte.

Das verfloſſene Schuljahr fing den 11 October v. J. an.

---

Der 11. und 12. October c iſt zur Prüfung derjenigen jungen Leute beſtimmt, welche noch in dieſem Jahre das Gymnaſium beſuchen ſollen. Mit dem 14 deſſelben Monats beginnt das neue Schuljahr.

Hierbei zeige ich zu gleicher Zeit an, daß der Lehrer Fechner auch in dem neuen Schuljahre jungen Leuten, welche in das Gymnaſium eintreten ſollen, Privatunterricht ertheilen wird.

## D. Oeffentliche Prüfung.

Die bevorſtehende Prüfung ſämmtlicher Klaſſen des Gymnaſiums wird in folgender Ordnung gehalten werden:

### Montag den 7ten October.

**Vormittags.**

von 8 bis 9 Uhr die ſechſte Klaſſe
= 9 = 10 — = fünfte —
= 10 = 11 — = vierte —
= 11 = 12 — = dritte —

**Nachmittags.**

von 2 bis 3½ Uhr die zweite Klaſſe.
= 3½ = 5 — = erſte —

An dieſem Tage fängt die Prüfung, welche der Herr Regierungs-Schulrath Runge als Commiſſarius des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums abhalten wird, mit einem Geſange an.

Zu dieſer öffentlichen Prüfung ſämmtlicher Klaſſen des Gymnaſiums werden die hohen Behörden, die Eltern und Vormünder unſerer Zöglinge, alle Gönner und Freunde unſerer Schulanſtalt ehrerbietigſt nnd ergebenſt eingeladen.

## Dienſtag den 8ten October.

### Vormittags

um 8 Uhr werden ohne Beiſein des Publikums in Gegenwart ſämmtlicher Lehrer die Promotionen nebſt der Rangordnung bekannt gemacht und die halbjährlichen Zeugniſſe der Schülern eingehändigt werden.